



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 214. Duo libri a Parisiensi Facultate Theologica proscripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

§. CCXIV.

*Duo libri a Parisensi Facultate Theo-  
logica proscripti.*

Hoc item anno Sedis Apostolicæ Nun-  
tius quemdam denunciabat librum,  
quem Magister Petrus Victorius Palma

*Argentre  
Jud. Facult.  
Theol. Paris.  
tom. 2.*

Cayet, priusquam a Calvinis secta ad fi-  
dem Catholicam reverteretur, publici  
juris fecit, ac suæ lucubrationi sequen-  
tem inscripsit titulum: *Septenaria Chro-  
nologia seu Historia de Pace inter Franciæ  
& Hispaniæ Reges*, in qua memoratu di-  
gniora ab anno Christi millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo octavo usque ad annum  
millesimum sexcentesimum quartum conti-  
nentur. In ea præcipue tres notaban-  
tur propositiones, quarum prima erat  
hæc: „Pontifex qua Pontifex circa es-  
sentialia fidei ejusque articulos, qui  
„nondum sunt definiti, majorem non  
„habet auctoritatem, quam quisque a-  
„lius, nisi id ei sit expresse revelatum:  
„Hæc autem revelatio absque miraculo  
„non est recipienda. II. Papa ut Epi-  
„scopus suo Archiepiscopo Ostiensi est  
„subjectus, ita dispositum legimus a  
„Majoribus, eo fine, ut Romanus Epi-  
„scopus se suo Superiori subditum esse  
„agnoscat, prout & agnitus fuit. III.  
„Ut Universalis consensus definiatur, ne-  
cessit

Sæc. XVII., cesse est, ut unus omnibus præsit, &  
A. C. 1605., hic est Spiritualis ille, qui judica  
„omnia, & a nemine judicatur. 1. Co.  
„2. v. 15., Hæ igitur propositiones  
Sacra Facultate Theologica Parisiensi  
pluribus Doctoribus examinandæ in-  
debantur, quibus etiam suum judicium  
ferentibus die trigesima Junii præse-  
propositiones tanquam erroneæ, sum-  
moque Pontifici valde injuriosæ, atque  
ad hæresin accedentes fuerunt dam-  
natæ, & omnino prohibitæ. Insuper  
inhibitum, ne hic liber amplius divul-  
getur, donec corrigeretur: interea ve-  
ro non modo illius Author, sed etiam  
duo Magistri in jus vocabantur, & ille  
quidem, ut coram Facultate se purgaret:  
hi autem, ut de lata eorum approba-  
tione rationem redderent: spargebant  
enim, quod fraude ac importunitate  
potius quam libri lectione ad hujus o-  
peris approbationem fuissent induci.  
Authore fidem suam interponente, in  
eo nil nisi solam Historiam, nihilque ad  
fidem pertinens ibidem contineri. Per-  
ceptis omnium responsis die prima Au-  
gusti Facultas Theologica habito con-  
ventu pronuntiabat, quod censura præ-  
fati libri jam antea facta typis manda-  
retur: Eodem quoque hoc anno idem  
liber Romæ die decima sexta Decem-  
bris ad Indicem librorum, quorum  
Lectio

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

Lectio inhibita est, rejiciebatur. Alium librum, quem P. Davignonius ex Ordoine S. Francisci vulgaverat, tanquam Blasphemiis scatentem Facultatis Syndicus denunciabat, desuper tamen conclusum, examen hujus libri Patri Guaradiano suisque Theologis esse committendum, eo fine, ut si hunc librum responsione dignum censerent, ipsimet ad objecta responderent; Certi enim erant Facultatis Theologi, quod privati dispendii formido Franciscanos nequam a communi justitiae bono absterere valeret.

### §. CCXV.

#### *Unicus Cardinalis a Paulo V. renuntiatus.*

Die decima octava Julii Paulus V. summus Pontifex primo sui Pontificatus anno Scipionem Caffarellum patria Romanum ex Sorore Nepotem Sacra Ciacon. in  
vic. Pauli V.  
Marac. in  
Purpura Marian.  
decorabat Purpura, adjecto titulo S. Chrysogoni: cum vero Pontifex eundem, licet alias meritis insignem, innumeris divitiis ac Sacerdotiis honestasset, haud Nepotismi labem effugere poterat, quamvis spectato Nepotis Pontificii ministerio excusandus foret Pontifex, dum sanguine propinquorem se legit, si eo nullum fideliores sibi existimat.